

1638

*Lex inter Regem Polonia et Ducem Borussia
super telonio noviter imponenda Anno 1638 inita.*

Testificanda sua promptissima erga S. R. M. tem voluntatis,
Elector Brandenburgicus iuxta sequentes articulos cum
Ill. mo legato Reg. M. de Gabelis in Silavia et Memel
Portubus exigendis, transegit, ut sequitur —

1. Ex singulis 100 flo. quatuor flo. percipiantur, idq. iuxta
estimationem Praty sui ad mensuram et Pondus mercium,
prout in Portabus S. R. M. observantiam Elector viderit —
2. Cuius ista exactio vel gabella nihil immine erit, Prater
illas merces, quae Per Elbingam intra vel extra regnum
vendentur. Cuius illis enim Prater duciam antiquam vulgo
Gfalgalda Silavia non exigetur, novam vero hoc Vectigal
Elbingae Persolvetur.
3. Initium exactio ita sumet ab eo tempore, quo dantisci,
Elbinga prout et in Portabus (ut Landicis, idem Vectigal
exigetur.
4. Durabit haec exactio ad biennium, quo expleto S. R.
M. liberum erit cum Electore de Prorogativa vel
abrogatione huius telonei rationes conferre —
5. Locum exactiois sive in Civitatibus, sive in Portibus suis,
pro re et occasione Elector constituit, et eundem expro-
bitrio suo mutabit —
6. Directio omnimoda Plea et absoluta penes Electorem
erit, nemo ei adiungi debet, et rationes reddendas
nemini tenebitur Disquisitioni nullius suberit, Reg. M.
vero tandem fidei et verbo eius Electorali acquiescet —
7. Coactores deponere et Proponere Electori erit licitum.
Quos Proposuerit, si ipsi iuramento erunt obstricti, et
ab ipso solo dependebunt, ipsiusq. solius mandatum
observabunt —
8. In honorem S. R. M. consentit Elector, ut unus ex
Springis fratribus admittatur ad istam exactioem; sed
Electori iuramento obstringi debet, licitumq. erit

eundem Electoris arbitrio suo admoveat, vel aliquem ex
suis ministris ei adiungere modo spiritibus esse non
subsistat.

9. Ex omnibus gabellis post subductis sumptus Regi M^{ti}
medietas; medietas Electori cedat, ne voti impensa
in Portum et munitiones faciendae Electorem ag-
gravent, neve ex summa gabellarum deducantur inter
ponet R. M. auctoritatem suam, et annuatim ordi-
nes Borussiae certum subsidium in istas impensas
conferant, quod in nullos alios usus Elector se con-
versurum fide Electorali caret. Quod si Reg. M^{tu}
effecerit, et si Praemissa Electori praestita fuerint
tunc in illa diminutione vel subductione gabellarum
semissem earum R. M. thesauro inferet.

10. Praeter veterem daciā, vulgo *offindzoll*, et
praeter alia quae in antiquo usu et consuetudine
fuerint vectigalia, de quibus nihil dimovimus, sed
ea in prioribus statu conservari decet, novas exactio-
nes R. M. civitatibus Regionum non concedat,
et quae concessa sunt, res dare iubebit.

11. Rationes recentiarum Gabellarum Magistratus
Regionum S. R. M. et Electori intra semestris
temporis spatium reddat.

12. Liberum erit Electori iuxta conditiones et ligamen-
ta pactorum feudaliū cum ordinibus Ducatus
Borussiae de contributionibus agere, et eas in
casu necessitatis indicere.

13. Cum in Reg. M. plus ex istis gabellis commodi
sit reddituum et redudaturum, quam Elector ex
pactis feudaliibus tenebatur, plusq. emolumentum
Republ. sit habitura, quam si iuxta pacta in casu
necessitatis, quatuor naves instructas Elector
ratione gratitudinis roget, R. M. et vicariis
gabellis ordinariis annuis et extraordinariis

Tempore contributionum Publicarum debitus canon
ipso condonetur, dabitq. operam S. R. M. ut id
apud ordines efficiat.

14. Electoria Perpetua obliherabitur quicquid contra
Spiringiorum Naves ex Porta Pillarion commisdum
nemoq. Sane ob rem convenietur, cum Elector sancte
sepe expurget, non animo laedendi S. R. M. tem
sed propter sui status conservationem, et quidem
nullo Electore id admisdum fuisse.

15. Pro ista promptitudine Reg. M. Electorem
in usu omnium iurium Ducalium conservabit, Prae
cipueq. omnia responsa Reg. M. coronam
correntia firmiter mantenebit, et nihil amplius
ab Electore et eius Posteris extra Pacta unq.
quam circa investituras postulabit.

16. Animadversionem ministrorum, rem Electoris ex
Economia mala fide in Borussia tractan
fraudes Reg. M. Electori, et Posteris eius Saca
tus Borussia permittet facultatem ab ijs exigendi
et in ipsorum delicta animadvertendi.

17. Omnes hos Articulos S. R. M. fide Regia.
Electori fide Electorali se observaturum obligat.

18. Insuper Reg. M. efficiet ut supra scripta omnia
ab omnibus ordinibus Regni et Mag. Ducatus
Litvania approbentur, et nihil istorum in contra
rium statuatur.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]